

**EPICEDIVM
MEMORIAE
IVVENIS NOBILISSIMI ERVDITISSIMIQVE
GOTTLOB HENRICI
ENGELSCHALLI**
 IOANNGEORGIO STAD. HERMVNDVRI
 DIE IPSIVS EMORTVALI,
 QVI ^{xxxv.} MART. A. P. C. N. CCCCXLVI in FASITS ERAT,
 DICATVM,
 ALVMNIS PORTENSIBVS.

NVMBVRGI,
 LITT ERIS BOSSOEGELIANIS.
 Te vero, Chungo ericeti mōre aderit
 T' amum amum tūmūmē qēbōvīsē tūmū.
 Nempe, ḡtām̄ s̄d̄p̄lēm̄ t̄m̄os̄ d̄c̄m̄p̄t̄e l̄ct̄o
 Et̄ h̄t̄ m̄t̄o d̄m̄c̄d̄y m̄t̄p̄s̄ t̄m̄.



* * *

dere sollicitos fas est de corde dolores,

Et luctum querulis significare modis.

Ite per attonitos lacrimarum flumina vultus;

Carus amicus abit, carus alumnus obit.

Ipfa sui leto civis pia Porta columnis

Concutitur, totis stans madefacta genis.

Suspicit, et nato supremum Mater honorem

Ferre per exequias officiosa iubet.

Obsequimur, matri volumus parere iubenti,

Obsequimur, pietas officiumque iubet.

ENGELSCHALLE scholam linquis carosq; sodales!

Proh! nullis precibus iam revocandus eris.

Vivere debueras, sed tristia fata negarunt,

Longius, et studiis invigilare tuis.

Non tibi contigerat bis denas cernere messes,

Cum velut in viridi germine, morte peris.

Morte cadis, veluti folium cadit arbore scisum

Aut rosa decidalis longuida faeta comis,

Te vero, cuncto cruciatu mortis ademto,

Tantum animam scimus deposuisse tuam.

Nempe, graui adspiciens temors decumbere lecto;

Et fieri morbo marcida membra tuo;

Non meus adspectus timidum te terreat, inquit,
Vitae nam placide soluere vincla volo.
Dicta fides sequitur, lumen vitale recessit,
Pallade lux veluti deficiente solet.
Eripuit nostris oculis te flebile fatum,
Ex animo tolli dulcis imago nequit.
Nae! nos dum placidi redeuntia tempora veris,
Et flatus Zephyri mitis in arva vocant;
Nae! nos cum patulis petimus loca confita silvis,
Quae quondam pedibus sunt peragrata tuis;
Te quoque praesentem nobis credemus adesse,
Certe animo nobis tu redivivus eris.
Vivimus heu! tecum, sed nunc te sorte videmus;
Et vita et Porta candidiore frui.
Mens tua, quae fragili nunc est compage soluta,
Protinus ingreditur splendida templa poli.
Hic ubi fiderei se pandunt atria coeli,
Angelico semper conspicienda choro;
Urbs extracta iacet nitidis ornata pyropis,
Ipsaque sunt manibus moenia structa Dei.
Labitur irriguus placide per moenia rivus,
Atque salutiferas gurgite vectat aquas.
Caelestes properant cives, animamque salutant,
Et numero gaudent inseruisse suo.

His sociata choris coelestibus, illa resulget,
Et velut in coelo lucida stella micit.
Ergo quid erectum deflemus morte sodalem?
Pascitur ille suis perfruiturque bonis.
Vos quoque, qui grauiter iam vulnera saeva parentes
Percipitis, nati parcite fata queri.
Parcite continuos lacrimis effundere questus,
Hoc fuit arbitrium consiliumque Dei.
Fallimur? an facili veniunt solatia passu
Tristia quae erudo vulnera corda tenet.
Illa volunt oculis flet us abstergere vestris.
Tollitur haud lacrimis eluiturque dolor.
Dicte, quae vestri fuit expectatio voti?
Filius ut fursum tolleret arte caput?
Extulit ille caput. Mortis vi liber ab omni
Filius in coelo nunc loca summa tenet.
Quid? quod mors illum, quem vos lugetis ademtum,
Sustulit e multis eripuitque malis.
Sic posita in gelido requiescant membra sepulcro,
In cineres quae sunt nuncabitura leues.
Donec ab aetheris veniens vox sedibus omnes
Et tumulis homines evigilare iubet.



78 M 496

ULB Halle
001 618 148

3



TA-206

107





135

EPICEDIVM
MEMORIAE
IVVENIS NOBILISSIMI ERVDITISSIMIQVE
GOTTLOB HENRICI
ENGELSCHALLI
IOANNGEORGIO STAD. HERMVNDVRI
DIE IPSIVS EMORTVALI,
QVI xxv. MART. A. P. C. N. cccxlvii in FASITS ERAT,
DICATVM,
ALVMNIS PORTENSIBVS.

